



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Laurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

227. An possit beneficio dismembrare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

Questio 225. Num Vicarius sine speciali mandato possit supprimere Beneficium.

Respondeo negativè. Sbroz. l. 2. n. 117. n. 5. Fagn. in c. non amplius. de Institut. n. 74. & 86. citantes Rotam apud Put. decis. 53. l. 3. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 12. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 160.

Questio 226. An Vicarius possit uniones Beneficiorum revocare.

Respondeo quemadmodum Vicarius sine speciali mandato uniones facere non potest, sic nec uniones factas revocare potest sine tali speciali mandato; eisdem enim natura est distractus, cujus est contractus, eademque solemnitas (adde & auctoritas, quæ requiritur in construendo, requiritur etiam in destruendo. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 12. citans Meroll. Th. mor. p. 3. c. 6. dub. 24. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 160. Sbroz. l. 2. q. 116. n. 3. contra Gabr. conf. 200. Estque talis dissolutio species aliqua alienationis. Sbroz. l. c. n. 6. Adeoque requirit speciale mandatum. Quamvis autem videri possit Vicarius habens speciale mandatum ad faciendas uniones, habere hoc ipso etiam potestatem dissolvendi uniones saltem à se factas; Cum per eandem causas, per quas res nascitur, per eandem etiam destruitur; contrarium tamen videtur verum, argumento illius quod licet habeat ab Episcopo specialiter potestatem conferendi Beneficia, non habeat hoc ipso quoque facultatem desituendi beneficiatos.

Questio 227. An Vicarius possit disincumbere Beneficia.

Respondeo negativè. Pax Jord. l. c. vide dicta supra, ubi de dividendis à Vicario Parochiis.

PARAGRAPHUS II.

De potestate Vicarii circa Juspatronatus præsentationem, institutionem, confirmationem, electionem.

Questio 228. An Vicarius Generalis Episcopi sine speciali ejusdem consensu reservare possit Juspatronatus. seu reservationem illius in constructione Ecclesiæ, fundatione & dotatione illius autorizare possit consensu suo.

Respondeo negativè. Lotter. de re benef. l. 2. q. 7. n. 3. Castropal. tract. 13. d. 2. p. 2. n. 9. Garc. de benef. p. 5. c. 9. n. 75. citans Calder. conf. 3. de off. Vicar. Ferrer. conf. 327. 343. & 344. Zerol. in pr. p. l. v. Vicarius §. 11. & 13. & c. Barbol. de potest. Episc. allegat. 54. n. 74. citatis Viviano in pr. juspat. p. 1. l. 1. c. 1. n. 24. Gratian. discept. for. 303. n. 12. Rotam in Neptina juris. 23. mart. 1611. Item Carol. de Luca ad Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 6. Sbroz. l. 1. q. 31. n. 4. citatis plurimis. Card. de Luca. d. 55. de jurep. n. 5. ubi, postquam dixisset: affirmativam (nempe sufficere consensum Vicarii ad erectionem illam primam juspat.) suadet illa ratio non incongrua, quod id non est alienare, sed acquirere, atque rem utilem pro Ecclesia facere, ut sentire visa est Rotam in Auximana juris. 12. Jun. 1615. & in Clausin. juris. 4. Jul. 1636. subjungit: Verum negativa est verior, magisque re-

cepta, & c. contrarium sentientibus Port. conf. 99. n. 43. Apud Sbroz. item Meroll. Th. mor. p. 3. c. 6. dub. 24. n. 75. & 391. Et ratio est, quod sicut conferre & instituere nequit beneficia, ita etiam in eorum erectione imponere nequit illis dictam servitutem. Castrop. Lotter. l. cit. 2. Ampliatur responsio, quod ne quidem id possit Vicarius Episcopo absente à civitate vel Diocesi; eò quod absentia Episcopi non ampliatur facultatem Vicarii, nisi in casibus in jure expressis. Sbroz. l. c. n. 6. ex Ferret. conf. 327. n. 6. Idem tenuisse Rotam in illa Neptina testatur Barbol. l. c. & tenet expressè Tond. qq. benefic. p. 2. c. 4. §. 9. n. 19. ubi: non tamen etiam in remotis & extramontes existente Episcopo, potest donationem jurispatronatus aut ejus erectionem in favorem laici autorizare Vicarius citat Ferret. conf. 327. l. 2. quamvis Sbroz. l. c. n. 7. tenere videatur contrarium, hoc nixus fundamento, quod tradidit l. 2. q. 30. à n. 13. quòd niimirum in absentia Episcopi consensum Episcopi requisitum supplere queat Vicarius. E contra restringit responsionem Carol. de Luca. l. c. ita, ut id non possit Vicarius sine speciali mandato Episcopi, nisi ubi adesset observantia perpetui temporis in contrarium.

3. Porò Vicarium præsumi habuisse sufficientem facultatem (intellige ex speciali concessione Episcopi) præstandi assensum erectioni jurispatronatus, etiam minore ipatio 30. Annorum, censuisset Rotam decis. 702. n. 1. recent. impressa apud Farinac. restatur Barbol. l. c. Sic quoque ait Cardina. de Luca. l. c. n. 6. quòd facilius isto casu (intellige primæ erectionis jurispatronatus, quam in altero donationis vel alterius alienationis jurispatronatus ista facultas præsumptivè seu adminiculativè admittatur, ut occasione præsumptæ probationis resultantis advertitur; potissimum verò circa præsumptionem resultantem à facultatis concessione circa collationem Beneficiorum, sive ab Episcopi absentia cum longa distantia. Ratio autem differentie inter istum consensum præstandum novæ foundationi, & alterum præstandum alienationi jurispatronatus, quod isto secundo casu mora non ita causare possit irreparabile præjudicium sicut potest in primo; quia scilicet habens bonum propositum fundandi Ecclesiam vel Beneficium potest interim mori vel penitere; ideoque facilius in Vicario absente præsertim Episcopo ista facultas admittenda est. Cardin. de Luca cit. d. 55. n. 6. eadem ferè habens d. 56. n. 8. ubi: in casu fortiori consensu præstandi novæ erectioni aliquam peculiarem rationem habenti, ut in Vicario absente Episcopo talis potestas admittenda, vel de facili præsumenda sit, quia periculum in mora subesse potest, & c.

Questio 229. Num igitur parimodo sine speciali mandato Vicarius consensu suo autorizare nequeat donationem jurispatronatus.

Respondeo affirmativè. Azor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 1. Corrad. in prax. benef. l. 4. c. 5. n. 15. Garc. l. c. n. 77. Barbol. l. c. n. 75. citans Zerol. in pr. Episc. Vicarius. §. 11. & 11. Rebuff. in pr. tit. forma Vicar. n. 184. Riccium in prax. aurea resolut. 469. Ferret. conf. 344. n. 1. vol. 2. Ugolin. & alios. Tondut. l. c. Card. de Luca de jurep. d. 28. n. 13. citans pro hoc Cavaler. decis. 638. n. 3. Rotam decis. 576. n. 1. p. 1. recent. decis. 224. n. 10. part. 8. decis. 430. n. 3. & 4. p. 9.

2. Ampliatur idipsum, ut id nequeat Vicarius in casu absentie Episcopi. Tondut. l. c. Barbol. cit. n. 75. citans Ferret. conf. 347. n. 17. Corrad. l. c. Card.